



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Exurge domine, præueni eum, supplanta eum, eripe anima meam ab  
impio, frameam tuam, ab inimicis manus tuæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

lupi rapaces. Ita uidemus, psalmum nō loqui de persecuti one tyānica, sed in  
priorū, quæ plurimos seducit in perditionem, simul tamē si eis resistatur, minū  
tur, & si possunt, etiam occidunt sanctos dei, ueruntamen, maior est superbia  
& arrogantia Moab, q̄ fortitudo eius, pluraq; cupit q̄ potest, sicut ibidem est  
dictum.

Exurge domine, præueni eum, supplantam eum, eripe animam meam  
ab impio, frameam tuam, ab inimicis manus tuæ.

Vix est locus in psalterio æque obscurus ac iste, mea sententia, etiam in he-  
braico, nobis autem accedit, primum obscurior translatio, deinde & distinctio  
onis confusio, quare uersum hunc ad hebraicam distinctionem reuocemus,  
authore Hierony, sic Surge domine, præueni faciem eius, incurram eum, salua  
animam meam ab impio, qui est gladius tuus, Patet ergo, ab inimicis manus  
tuæ ad sequentem uersum pertinere, & frameam tuam, male in accusatiuo red-  
ditum, male ad animam meam, referri, cum ad impium referendum sit, q̄ si  
cut animam suam alicui frameam libeat appellare, suus ei sensus non pertinaciter  
negabitur.

Dicit ergo, cum lupi isti rapaces omnia tentent & multos magnosq; ha-  
beant adiutores, ut impossibile sit nos paucos illorum machinas sustinere  
aut euadere, aliud nō habemus q̄ ut ad te oculos leuemus, ut tu exaudiens, an-  
teuertas eum & nos cautos prudentesq; spiritu tuo reddas, quo cogitationes  
mortiferas eius uitemus, ac sic ubi uenerit incurues eum per nos paratos &  
nos triumphes super eum, nec enim sic præuenit & supplantat deus, ut non sit  
impious, sed ut non noceat, sicut non aufert basiliscum & draconem, sed tamē  
dat super eos ambulare & concucare, psal. lxxxix. Non tollit tentationem, sed  
non inducit in tentationem. Sic Ephesios Paulus docet, esse debere armatos  
galea salutis, scuto fidei, gladio spiritus & calceatos pedibus, præparatione  
Euangelij.

Magistri falsi  
si plaga dei.

Salua seu eripe animam meam ab impio, qui est framea tua. Hic signandus  
locus, Hæreticos & falsos Magistros, esse plagam iræ diuinæ, nō secus ac olim  
populi carnalis, plaga erat gladius carnalis gentium in circuitu eorum, ideoq;  
magis oratione humili apud deum, plaga auertenda, & deus placandus q̄ uir-  
tibus ingenij aut eruditionis, cum eis congregiendum, ut uictoria sit dei miser-  
tis prouocati nostris lachrymis, non nostrorum operum, non enim nostrum  
est animam nostram ab impijs istis saluare, quanto minus eos superare, ut hic  
dicit. Eripe animam meam ab impio, q̄ si oratione hac contempta, uiligne &  
cōtumelijs eos inuaserimus (sicuti hodie fit) dubiū non est, inuadores esse bis  
hæreticos & incomparabiliter peiores ijs, quos inuadunt, quia iram dei, suis  
conuictijs, suaq; uil & mera superbia inuadūt, qua insania, quæ pōt esse maior.

Impius est  
dei gladius.

Observa autem uocabuli atrocitatem, q̄ impium appellat, gladium dei,  
Virga enim aut baculus mitior ira est, uirga percutit & animam liberat ab in-  
ferno, ut Salomon dicit, unde ex magna misericordia psal. lxxxvii, dicit. Visi-  
tabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus hominum peccata eorum.  
At gladius occidit & separat animam, Et ut magnus est deus, ita magnus est  
gladius eius. Et magnus gladius magnos & plurimos perdit.

Persecutio-  
nes Ecclesie.

Ecclesia sane primitiua, percussa est frequētius paterna uirga, rarius gladio,  
eratq; facies illius percussiois in oculis carnis, duriss. & asperrima, sed reuera  
& in oculis dñi, mitissima omnium. Secura est postea hæreticorum p̄secutio,  
quæ uisa

quæstia est in oculis carnis longe mitior, uerum erat longe cruentior & nocē  
 tior q̄ multo plures perdebat. Erat tamen adhuc aliquid misericordiæ dei reli  
 quam q̄ pugnantibus per scripturam patribus ueritas prodebat & uerbum  
 dei regnabat in multis. Nouissimis istis diebus pessimis, sub imperio Ecclesiæ *Hodie se uisū*  
 alicui gladius ille impiorum, solus, sine repugnantibus grassatur horrenda ty *ma omnium*  
 rannide. Hic apparent omnia esse pacatissima & mitissima, ubi tyranni nō per *persecutio.*  
 sequuntur, cum hæreticis non pugnatur. Sic utraq; persecutione liberi, gladio  
 impiorum pene omnes perimus, non uidentes, sub hac pace regnare persecu  
 tionem omnium atrocissimam, ubi uerbo dei extincto uerbis hominum tra  
 hantur ad infernum toto cumulo.

Intèr omnes autem gladios impiorum, maximum & nocentissimum, meo  
 iudicio merito pelagianam impieratem censebimus, nam in hęc, ut uidemus,  
 potissimū x̄stuat hic psal, immo tota scriptura. Quid em̄ propheta? quid Apo  
 stoli potius agunt, q̄ q̄ pro iustitia fidei, contra iustitiam hominum pugnant? *Pelagiani se a*  
 Vnde pelagianus error uere omnium seculorū error est, sapius oppressus qui *pe oppressi*  
 dem, sed nunq̄ extinctus, ceteri omnes temporum spacio extincti sunt, hunc *nunq̄ extin-*  
 uero propheta percussit, percussit eum Christus & Paulus, nihilominus *cti.*  
 semper iuxta serpsit, donec pelagius natus caput eius erexit, & libere eum tue  
 ri cepit, ubi natus de nōstri miseris, Augustinum suscitauit, qui eum ad tē  
 pus periret, sed post Augustinum resurgens tandem præualuit, nō modo  
 nomine contra stante, sed etiam Romana Ecclesia imperante & cogente, uni  
 uersitatibus palam docentibus, Episcopis, principibus & toto orbe imitanti  
 bus tanq̄ rem optimam & christianissimam, Nā q̄ aliqui aduersus eū mutire  
 ceperunt Parrisij & alibi, nihil promotum uidemus. Deniq; hic error, fons  
 est ueritatis idolatriæ semper alia & alia facie, pro alio & alio sæculo procedēs. *Suis studijs*  
 Qui enim fuerunt idolatriæ, qui non arbitrentur, suis se studijs & uiribus *et uiribus*  
 deo placere. Et quid aliud agit pelagianus error? Recte ergo a pelago Pela *placere deo.*  
 gius dicitur, q̄ hic error, sit mare quoddam erroris inundans in omnem terra  
 rum orbem. Ipse enim est uera, ipsamet prudentia carnis semper inimica deo  
 & nunq̄ ei subiecta, Ro. vii.

Ab inimicis manus tuæ dñe, a paucis de terra diuide cos in uita  
 corū, de absconditis tuis adimpletus est uenter corū, saturati sunt filijs,

Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Vnus est iste uersus in heb. prosequamur ergo, ut cecepimus locum hunc  
 obscurissimum, si quid possumus, primū translationes uideamus, Ex nostra  
 nihil potest accipi, multo minus ex Hierony. qui sic transtulit, A uiris manus  
 tuæ dñe, qui mortui sunt in profundo, quorum pars in uita, & quorū de absco  
 ditis tuis repleti uentrem, qui saturabuntur filijs, & qui dimittent reliquias  
 suas paruulis suis, Obsecro, quid audimus? pessimo cogor uti magistro, id est  
 meipso, ideo sine præiudicio & temeritate fabulabor, iuuert me, qui habet me  
 liora, qui non habet, mea æquus iudicet.

Verto primum ad uerbum, A uiris manus tuæ dñe, a uiris substantia, portio  
 eorū in uitis, & absconditis tuis replebis uētrē eorū, satū abuntur filijs, reposu  
 erūt reliquias suas paruulis suis, Quinq; mēbris cōstat prior pars uersus, poste  
 rior uno absolutū. Exponit aut̄ his uerbis mira tapinosi refertis, quis sit impi  
 us ille, gladius dei, a quo eripi petijt animā suam, & lex notis eum depingit.

Gg iij Prima